Quelle: https://manuscripta.at/?ID=812
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



dicae non pateant nec incaute occasionē tribuat ne
gligencia delinquendi. Sitq; in eas casta uirginitas
et ornata pariter. et armata fide integra. spe certa
caritate sincera. ut p̄parato animo ad continenciā.
uirtus tanta p̄stetur. que super et diaboli uniuersa
figmenta. atq; contempnendo p̄sencia. futura sectet̄.
leiunia epulis carnalib⁹ p̄ferant. et lectiones sacras et
oraciones cōuiuiis et potacionib⁹ ante ponant. ut ora
cionib⁹ pastae et erudicionib⁹ expletae. illuminatae ui
gilis. opus gr̄e uirginalis exerceant. his uirtutū ar
mis hanc tuam famulam. N. interius exteriusq; cō
muniens. p̄sta inoffensū cursū uirginitatis īplere. Pe.

Ad anulum dandum. Accipe anulum fidei sig
naculū spirit⁹ sancti. ut sponsa dei uoceris. si ei
fideliter seruieris. AD TORQUEM.

Accipe signum xp̄i in capite. ut uxor eius effici
aris. et si in eo p̄manseris in p̄petuū coroneris.

Interim dicatur antiph. Anulo suo subarrauit me
dominus meus iesus xp̄c. et tamquam sponsa decorauit me corona.

Benedicat te uos conditor celi et terre d̄s pater om
nipotens. qui te uos eligere dignatur ad sc̄e MA
RIE matris d̄ni nr̄i ih̄u xp̄i consorciū. ut integrā
et inmaculatā uirginitatem. quam p̄fessae es tis. corā
d̄no et angelis eius. conserues tis. p̄positum teneas tis.
castitatem diligas tis. paciencia serues tis. et coronam